

(32)

Summariū scripti per dno's oratores s. ces. altis 20 die 27 Junij 1582

Illis et Illis D. Legatis, et R. Patribus exhibiti

Quod, que dno's Oratores s. Ces. Altis proposuerūt, omnia eo pertineant, ut Christi-
fidelium saluti, atq. S. R. Ecc^{ae} auctoritati, et potestati, prospectum sit

Quod iam inde à Constantien^{si} Conc^o laicos sub utraq. specie cōmunicandi
consuetudo mordicus à Bohemis, qui sub utraq. cōmunicantur, etiam nunc
retineatur, neq. ullis ea consilijs, rationibus, armis demq. ipsis eripi potuerit

Quod non tantum plebei hunc sub utraq. specie cōmunicandi morem retinuerint
uerum etiam omnis ordinis nobiles, et Barones, atq. ex ijs etiam permulti,
qui publicis muneribus, et magistratib. ex antiqua consuetudine funguntur

Quod Basileen^{si} Concilium certis conditionib. calreis usum illis concesserit

Quod item Paulus iii. et Iulius iii. fe: re: sum. Pont. per nuncios idem
illis permiserit. sed propter quadam impedimenta res perfici non
potuerit

Quod s. ces. altis (Pragen^{si} Archiepātū post 100. et 40. fere annos
restituto) illius regni ad s. R. E. obedientiam reuocandi diuinitus ob-
latam occasionem aduertens a S. D. N. petierit, ut Archiepō Pragen-
corum, qui sub utraq. cōicant, sacerdotes ordinandi facultatem lar-
giatur

Quod smus d: si hanc petitionem minime reijciendam, sed dignam
omnino censuerit, de qua ad sacrum Oecumenicum Conc^o referretur,
ne tanta, tamq. optata occasio incliti illius Regni ad Ecclesiae
gremium reuocandi, praetermitteretur

Quod uel ex eo satis intelligi posset, quam isti bene erga s. R. E. sunt
affecti, quod non alios unq. presbiteros, quam coelibes, et à Cath. Episcopo
ordinatos in hunc diem admiserint

Item quod pro S. D. N. et sacro Card. collegio, Episcopus, atq. alijs orde-
nibus Ecc^{is} publice Deum exorare, et populum ad Soc ipsum faci-
endum in concionib. frequenter cohortari soleant

Quod Calicis usu concesso, in reliquis, in quib. leuiter à Cath. Eccl.
doctrina deflexissent, facile ad sanam Cath. doctrinam reduci
possent

Quod non sit mirum, eos persuasos esse, sub utraq. quam sub altera
plus gratiae esse, cum doctissimi etiam, et Catholici uiri subdubitate
uideantur

Quod cauendum sit, ne per nimiam seueritatem, Calicis usu denegato,
ad Sectarios, et praesertim ad Lutheranos transeant, cum uarijs
artib. ad defectionem sollicitentur

Quod in Hungaria et Austria, Moravia, Slesia, Stiria, Carin-
thia, Carniola, Bauaria, Sueuia, et alijs permultis Germaniae
partibus, pleriq. Cath. uiri magno quodam zelo, ac deuotione
Calicem sibi dari expectant

Quod Sane ob causam Paulus III. Pont. Max. se: re: omnib. per
Germaniam Episcopis facultatem concesserit sub utraq. concando
eos, qui deuotionis causa, sub utraq. mallent, quam sub una
comunicare: sed neq. hoc propter impedimenta ad exitum
perduci potuerit

Quod Communio sub utraq. non pro haereticis petatur, qui Concilij
auctoritatem non agnoscunt, sed pro ijs, qui alijs in reb. et Calic.
sunt, et S. R. E. obedientes filij

Quod spes sit plurimos haereticos hac concessione ad obedientiam
reuersuros esse: praesertim, cum multi profiteantur se, si
Calix concedatur, ad nos redire uelle

Quod concesso Calicis usu, sacrosanctum Missae sacrificium magis
cum reuerentia deinceps frequentabitur

Quod si denegetur, omnia contraria sunt pertimescenda

Quod D. Archiep. Pragae petita a S. Cos. III. Calixtinis sacer-
dotes ordinandi facultas concedi non posse uideatur, nisi
illi prius absoluti ad gremium S. R. E. recipiantur; recepti

aut nisi Calicis usu permisso minime possunt.

Quod D. Canabien' et Timinien' Epi, omnium Pralator. Hungariae nunciij sacro Oecumenico Cone^o humiliter supplicent, ut Ecclesijs Hungaricis provideant, qua propter negatum Calicis usum in magno sunt discrimine

Quod sacerdotes etiam inuiti a nobilib. et populo ad Calicis porrectionem compellantur non sine uitae periculo

Quod nisi Nobiles, et Plebei a s. Cone^o Calicem sibi permissu' ini considerent, longe acerbiora aggredierentur

Quod in Hungaria iam eo uentum sit, ut cum sacerdotes, partim propter uim diffugere cogantur, partim etiam a Pralatis ob hunc abusum cyccantur, infantes sine Baptismo passim intereant, ut uerendum sit ne breui ad Paganismum redeatur

Quod haec omnia D. Oratores Ill.^{mor.} D. Legator. ac R^{mo} Patrum iudicio, ac prelati subiecta esse uelint



[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]